

## 338 C. SVETONII TRANQ.

mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse, aut dissemulasse ultima uitæ suæ tempora uidetur, aliquot quidem argumētis. Nam & cum C O S S. designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designauit: et in Sena*tu*, cui nouissimè interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, utriusq; ætatē suppliciter patribus commendauit. Et in ultima cognitione pro tribunali accessisse ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronunciauit.

## C. SVETONII TRAN-

QVILLI.

Nero Claudius Cesar,



X G E N T E Domitia due familiæ claruerunt Caluinorum, & Aenobarborum. Aenobarbi autem originis, itemq; cognominis habent L. Domitium: cui rure quondam reuertenti iuvenes gemini augustiore forma ex occurso imperasse traduntur, nuntiaret Senatui, ac populo uictoriā, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem maiestatis adeò permulsiſſe masias ut è nigro rutilum, æriq; assimilem capillum redderent. Quod insigne mansit & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Fuerūt autem con-

fūlatia

NERO CLAVDIUS CAES. 339  
fulatibus V II. triumpho censurāq; duplici, & inter-  
patritios allecti perseverārunt omnes in eodem co-  
gnomine. Ac ne prænomina quidem illa præterquam  
Cnei, & Lucij usurpārunt. Eaq; ipsa notabili uarieta-  
te, modò continuantes unum, quodq; per ternas perso-  
nas, modò alternantes per singulas. Nam primum se-  
cundumq; ac tertium Aenobarborum Lucios, rursus  
sequentes tres ex ordine Cneos accepimus: reliquos  
non nisi uicissim, tum Lucios, tum Cneos. Plures è fa-  
milia cognosci referre arbitror, quo facilius appa-  
reat ita degenerasse à suorum uirtutibus Neronem,  
ut tamen uitia cuiusque quasi tradita, & ingenita  
retulerit.

Cneus Domitius, Neronis atavus. C A P. II.

**V**T igitur paulò altius repetā, atavus eius Cn.  
Domitius in tribunatu Pontificibus offenditor,  
quod alium quam se in patris sui locum cooptassent,  
ius sacerdotum subrogandorum à collegijs ad popu-  
lum transtulit, ac in consulatu Allobrogibus, Aruer-  
nisq; superatis, elephanto per prouinciam inuestitus,  
est, turba militum, quasi inter solēnia triumphi prose-  
quente. In hunc dixit Licinius Crassus orator, non  
esse mirandum, quod ē nemabarbam haberet, eui esset  
os ferreum, cor plumbeum. Huius filius Prætor Cæsa-  
rem abeuntem consulatu, quem aduersus auspicias  
legesq; gesisse existimabatur, ad disquisitionem Se-

natus uocauit. Mox CO S S. imperatorem ab exercitiis Gallicis retrahere tentauit. Successorū ei per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus est. Vnde dimissus, Massilenses obsidione laborantes cum aduentu suo confirmasset, repente destituit. Acieq; demum Pharsalica occubuit, uir neque satis constans, & ingenio truci. In desperatione rerum mortem timore appetitam, ita expauit, ut haustum uenenum poenitentia euomuerit, medicumq; manutiniserit, qui idem sibi prudens, ac sciens minus noxiū temperasset. Consulante autem Cn Pompeio de medijs, ac neutrā partē sequentib; solus censuit hostium numero habendos.

Item Neronis proauus. CAP. III.

**R**eliquit filium omnibus gētis suę procul dubio preferendum. Is inter consicos Cæsarianę necis (quanquam insons) damnatus lege Pedia, cum ad Caſium, Brutumq; se propinqua sibi cognitione coniunctos contulisset, post utriusque interitum classem olim commissam retinuit: auxit etiam, nec nisi partibus ubiq; profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis meriti loco tradidit, solusq; omnium ex ijs, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit: ac subinde redintegrata dispensatione ciuili, eidem Antonio legatus, delata sibi sumā imperij ab ijs, quos Cleopatre pudebat, neq; suscita

NERO CLAVDIUS CAES. 341

fuscipere, neque recusare fidenter, propter subitam  
ualetudinem, ausus, transiit ad Augustum: & in die-  
bus paucis obiit, nonnulla & ipse infamia aspersus.  
Nam Antonius eum desiderio amicæ seruiliæ Naidis  
transfugisse iactauit.

Domitius, avus Neronis. CAP. IIII.

**E**X hoc Domitius nascitur. Quem emptorem fa-  
miliae, pecuniaeque in testamento Augusti fuisse,  
mox vulgo notatum est: non minus aurigandi arte in  
adolescentia clarus, quam deinde ornamentis trium-  
phalibus & ex Germanico bello. Verum arrogans, pro-  
fusus, immitis CENS. L. Plancum via sibi decedere  
<sup>+ AL. in.</sup>  
AEDIL coegerit: præture, consulatusque; honore equi  
tes Romanos, matronasque; ad agendum minimum pro-  
duxit in scenam: uenationesque & in circo, & in omni-  
bus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatori-  
um sed tanta sauitia, ut necesse fuerit Augusto clame-  
frustra monitum edicto coercere.

De patre Neronis. CAP. V.

**E**X Antonia maiore patrem Neronis procrea-  
uit, omni parte uitæ detestabilem. Siquidem eo  
mes ad Orientem C. Cæsaris iuuenis occiso liberto suo  
quod potare quantum iubebatur, recusarat, dimissus  
è cohorte amicorum nibilo modestius uixit. Sed &  
in uice Appie uico repente puerum citatis iumentis,  
hanc ignarus obtrivit. Et Romæ medio foro cuidare

equiti Ro. liberius iurganti oculum eruit. Perfidie ue  
rò tantè, ut non modò argentarios pretijs rerum co-  
emptarum, sed & in pretura mercede palmarum au-  
rigarios fraudauerit. Notatus ob hec & sororis io-  
co, querentibus dominis factionum, representanda  
præmia in posterum sanxit. Maiestatis quoq; et adul-  
teriorum, incestijs, cum sorore Lepida sub excessu  
Tiberij reus, mutatione temporum eus sit. Decepsitq;  
Pyrgis morbo aque intercutis, sublato filio Nerone  
ex Agrippina Germanico genita.

Ortus & infantia Nero nis, & præsagia que  
dam. CAP. VI.

**N**ero natus est ante IX. mēses quām Tiberius  
excessit, XVIII. Cal. Ianuarias, iam tun  
quidam ex oriente sole, penè ut radijs prius, quām  
terra cōtingeretur. De genitura eius statim multa et  
formidolosa multis coniectantibus. Præsagio fuit eti-  
am Domitij patris uox, inter gratulationes amicorū  
negintis quicquam ex se & Agrippina, nisi detesta-  
bile & malo publico nisci potuisse. Eiusdem futu-  
ra infelicitatis signum evidens die lustrico extitit.  
Nam C. Cesar rogante sorore, ut infanti ei, quod  
uollet, nomen daret, intuens Claudiū patruum su-  
um, à quo mox principe Nero adoptatus est, eius se  
dixit dare: neq; ipse serio, sed per iocum & asperna-  
& Agrippina, quod tum Cladius inter ludibria au-  
la erat.

le erat. Trimulus patrem amisit: cuius ex parte ter-  
tia heres, ne hanc quidem integrum cepit, correptis  
per cohortem Caium uniuersis bonis, & subinde ma-  
tre etiam relegata, penè inops atq; egens apud amitā  
Lepidam nutritus est, sub duobus paedagogis, saltato-  
re atq; tonsore. Verum Claudio imperiū adepto, nō  
solum paternas opes recuperavit, sed et Crispi Paſſie-  
ni uitrici sui hereditate ditatus est. Gratia quidē &  
potentia revocatæ, restitutæq; matris usq; eō floruit,  
ut emanaret in uulgo, missos à Messalina uxore Clau-  
dij, qui cum meridianē quasi Britānicī emulū stran-  
gularent. Additum fabule, & eosdem draconē e pul-  
uino se proferente cōterritos refugisse. Que fabula  
exorta est, deprehensis in lecto eius circum ceruica-  
lia serpentis exuuijs. Quis tamen aure & armillæ ex  
voluntate matris inclusas dextro brachio gestauit ali-  
quandiu, ac tedio tādem matrē memorie abiecit,  
rursumq; extremis suis rebus frustra requisivit.

Die lustrico.) Dies lustricus erat, quo infantibus  
imponebantur nomina. Erat autē fere octauus aut  
nonus.

Amitam.) Latini uocant patris sororem.

Pueritia eius, & gesta in ea. CAP. VII.

**T**ener adhuc, necdum matura pueritia, Circensi-  
bus ludis Troiā constantissime fauorabiliterq;  
luit. Undecimo etatis anno à Claudio adoptatus est,  
Annoq; Seneca iam tunc Senatori in disciplinā tra-

Y S ditus

ditus. Ferunt Senecam proxima nocte usum sibi per  
quietem. C. Cesari precipere, & fidem somnio Nero  
breui fecit, prodita immanitate natura, quibus pri-  
mum potuit experientis. Namq; Britannicum fratrem,  
quod se post adoptionem Aenobarbum ex consuetu-  
dine salutasset, ut subdititium apud patrem arguere  
conatus est. Amitam etiam Lepidam ream testimonio  
coram afflxit, gratificans matri, à qua rea premeba-  
tur. Deductus in forum tiro, populo congiarium, mi-  
liti donatiuum proposuit: indicta decursoне præto-  
rianis, scutum sua manu prætulit, exinde patri gra-  
tias in Senatu egit. Apud eundem Consulem pro Bo-  
noniensibus Latinè, & pro Rhodijs atque Iliensibus  
Græcè uerba fecit. Auspicatus est & iurisdictionem  
præfecti urbis, † sacro Latinarum celeberrimis pa-  
tronis, nō translatitias (ut assolet) & breues, sed ma-  
ximas, plurimasq; postulationes certatim ingerenti-  
bus, quamuis interdictum à Claudio esset. Nee multò  
post duxit uxorem Octauiam: ediditq; pro Claudijs  
salute Circenses, & uenationem.

Imperium Neronis. CAP. VIII.

**S**eptendecim natus annos, ut de Claudio palam fa-  
ctum est, inter horam sextam, septimamq; pro-  
cessit ad excubidores: cum ob totius diei diritatem nō  
aliud auspicandi tempus accommodatus uideretur,  
proq; palati gradibus imperator cōsalutatus, lectica

Quid  
atq; Lar-  
natum.

in castra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est. Decepit iam uestperi ex immensis, quibus cunulabatur honoribus, tantum patris patriæ nomine recusato propter etatem.

De Claudio palam factū est. ) Quod uita defunctus esset, nam aliquandiu celatum fuisse per intimos familiares prædixit. Festinavit autē Nero statim ad excubatores, hoc est, eam militum cohortē, quæ excubias agebat, nā legiones habebat suas excubias, non aliter atq; in bello, cum propter alias causas, tum potissimum propter militarem disciplinam.

Gesta per eum in initio principatus. CAP. IX.

**O**RIS hinc à pictatis ostentatione, Claudiū apparatissimo supere elatum lauauit, conse- crauitq;. Memoriæ Domitiū patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum publicarum, priuatarumq; permisit. Primo etiam imperij die signum excubati Tribuno dedit, optimam matrem, ac deinceps eiusdem sèpe lectica per publicum simul uestus est. Antium coloniam deduxit, ascriptis ueteranis è prætorio, additisq; per domiciliū translatio- nem ditiissimis primipilarium, ubi et portuū operis sumptuosissimi fecit.

Civilia gesta eius. CAP. X.

**A**Tq; ut certiorem adhuc indolē ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturū se professus, neq; liberalitatis, neq; clementiæ, nec comitatis quidē exhibenda ullam occasionem omisit. Grauiora ue- stigalia

etigalia aut aboleuit, aut minuit. Præmia delatorum Papie legis ad quartas rededit, diuisis populo uirium quadragenis nummis. Senatorū nobilissimo cuiq; sed à re familiarī destituto, annua salario, & quibusdam quingena cōstituit. Item prætorianis cohortibus frumentum, mēstruumq; gratuitū. Et cum de supplicio cuiusdā capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur, q; uellem, inquit, nescire literas. Omnes ordine subinde ac memoriter salutauit. Agenti Senatui gratias, respondit, cum meruero. Ad campestres exercitationes suas admisit et plebem: declamauitq; sa- pius publicè. Recitauit & carmina, non modò domi, sed in theatro, tanta uniuersorum lētitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, atque pars carmine aureis literis loui Capitolino dicata.

Spectacula per eum edita, & liberalitas in  
populum. CAP. XI.

**S**pectaculorum plurima & uaria genera edidit: iuuenales, circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus. Iuuenalibus senes quoque consulares, anusq; matronas recepit ad lusum. Circensibus loca equiti secretæ à cæteris tribuit. Commisitq; etiam camelorū quadrigas ludis, quos pro æternitate imperij suscep- ptos appellari maximos uoluīt. Ex utroq; ordine & sexu pleriq; ludicras partes sustinuerunt. Notissimus eques R.o. elephanto supercedens per catadromū de-

tucurrit. Inducta est Afranijs togata, quæ incendium  
inscribitur: concessumq; ut scenici ardenti domus su  
pellectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa et po  
pulo miseria omnium rerum per omnes dies singula  
quotidie millia. A viii cuiusq; generis multiplex pe  
nus, tesseræ frumentariæ, uestis, aurū, argentū, gem  
mæ, margaritæ, tabulae pictæ, mancipia, iumenta, atq;  
etiam mansuetæ feræ, nouissimè naues, insulæ, agri.

Iuuenales.) Erant ludi pro salute iuueniū instituti,  
nam nō sunt dicti, ut quidā opinantur, quod soli iu  
uenes adhibiti sint in hoc ludi genere, senes enim &  
pueri & uetulae habuerunt in his ludis suas partes.

Per catadromum.) κατάδρομος decurзорium qui  
dā latine putat dici posse. Venit enim à uerbo κατά  
σπουδα, quod significat decurro.

spectacula unde spectauerit, & alia eius.

gesta. CAP. XII.

**H**os ludos spectauit è prosenij fastigio, mune  
re quod in amphiteatro ligneo, in regione \* Al. no  
Martij campi intra anni spatium fabricato dedit. Ne xiorum.  
minem occidit, ne + noxiū quidem. Exhibit autem  
ad ferrū etiam quadringentos Senatores, sexcētosq;  
equites Romanos, & quosdam fortunæ atq; existima  
tionis integræ, ex iisdē ordinibus confessoresq; fera  
rū, et uaria arenæ ministeria. Exhibit et naumahia  
marina aqua innantibus belluis. Item pyrrhicæ quas  
dam è numero epheborum, quibus post editam opera  
diplomata ciuitatis Romanae singulis + obtulit. Inter dit. \* Al. edi  
Pyrrhi=

## 348 T. SVETONII TRANQ.

Pyrrhicarum argumenta, taurus Pasiphaen ligneo  
iuvencē simulachro abditam iniijt, ut multi spectanti  
un crediderūt. Icarus primo statim conatu iuxta cubi-  
culum eius decidit, ipsumq; cruore respergit. Nā per-  
raro præsidere, cæterū accubans primum parvis for-  
minibus, deinde toto podio adaperto spectare cōsue-  
uerat. instituit et quinquennale certamē primus om-  
nium Romæ more Græco triplex, musicū, gymnicū,  
equestre, quod appellavit Neronia. Dedicatisq; ther-  
mis atq; gymnasio, Senatui quoq; et equiti oleū præ-  
buit. Magistros toti certamini præposuit consulares  
sorte, sede prætorū: deinde in orchestrā Senatumq;  
descendit, et orationis quidē Carminisq; Latini coro-  
nam, de qua honestissimus quisq; contenderat, ipsorum  
cōsensu concessam sibi recepit. Citharam autē à iudi-  
cibus ad se delatā adorauit, ferrīq; ad Augusti statuā  
iussit. Gymnico, quod in septis edebat, inter butyfiae  
apparatum, barbam primam posuit, conditam in au-  
ream pyxidem, et pretiosissimis margaritis ad orna-  
tam Capitolio consecrauit. Ad athletarum spectacu-  
lum invitauit & uirgines Vestales, quia Olympie  
quoq; Cereris sacerdotibus spectare conceditur.

Podio, πίδιον ad spectandum ludes aliudq; apte  
expositus locus est.

Magnificentia in excipiendo Tyridate Ar-

menio. CAP. XIII.

Non

**N**on immerito inter spectacula ab eo edita et  
Tyridatis in urbem introitū retulerim. Quē  
Armenie regē magnis pollicitationibus solicitatum,  
cūm destinato per dictum die ostensurus populo pro  
pter nubilum distulisset, produxit quōd opportunissi-  
mē potuit, dispositis circa fori templo armatis cohorti-  
bus, curuli residens apud rostra triumphantis habi-  
tu, inter signa militaria, atque uexilla; & primo per  
deuxum pulpitum subeunte admisit ad genua, elle-  
vatumq; dextra exosculatus est: dein precanti, tiara  
deducta, diadema imposuit, uerba supplicis interpre-  
tata prætorio uero multitudini pronunciante. Perdu-  
ctum inde in theatrum, ac rursus supplicantem, iuxta  
se latere dextro collocavit. Ob quæ imperator consolatus,  
laurea in Capitolium lata.

Tiara.) Ornamentum est capitis quo sacerdotes  
& reges utebantur.

Linum geminum claudit. CAP. XIII.

**I**Anum geminum clausit, tam nullo, quam residuo  
bello. Cōsulatus quatuor gesit: primum bimestrē,  
secundum & nouissimum semestres, tertium quadri-  
mestrem, medios duos continuauit, reliquos inter an-  
nua spatia uariauit.

Mos eius in iure dicēdo & sententiando. CA. XX.

**I**n iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die  
iac per libelle non temere respondit. In cognoscē-  
do, mo-

## 350 C. SVETONII TRANQ.

do, morem eum tenuit, ut continuis actionibus omis-  
sis, singulatim quæq; per uices ageret. Quoties au-  
tem ad consultādum † sederet, neq; in commune quic-  
quam, neq; propalam deliberabat, sed et conscriptas  
ab unoquoq; sententias tacitus ac secretō legēs, quid  
ipſi libuiffet, perinde atq; pluribus idem uideretur,  
pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non  
admisit, admisſisq; à prioribus principibus honores  
denegauit. Candidatos, qui supra numerum essent, in  
solatium dilationis ac moræ, legionibus præposuit.  
Consulatum in senos plerunq; menses dedit. Defun-  
ctoq; circa Calend. Ianuarij altero ē C O S S. nemine  
substituit, improbans exemplū uetus Canini⁹ Rebuli  
uno die Consulis. Triumphalia ornamenta etiā quæ-  
storiæ dignitatis, & nonnullis ex equeſtri ordine tri-  
buit, nec utiq; de causa militari, sed & quibusdam re-  
bus. Orationes ad Senatum missas, præterito Quæ-  
storis officio, per C O S S. plerunque recitabat.

Afflictio Christianorum. C A P. XVI.

**F**ormam ædificiorū urbis nouā excogitauit: &  
ut ante insulas, ac domos porticus essent de qua-  
rū solarijs incendia arcerentur, easq; sumptu suo ex-  
truxit. Destinārat etiam Hostia tenus moenia premo-  
uere, atq; inde fossa mare ueteri urbi inducere. Mula-  
ta sub eo & animaduersa seuerè, & coercita, nec mi-  
nus instituta. Adhibitus sumptibus modus, publicæ  
cane

ce næ ad sportulas redactæ. Interdictum, ne quid in  
popinis cocti præter legumina, aut olera ueniret, cū  
antea nullum non obsonij genus proponeretur. Afflī- Christia-  
ti supplicijs Christiani, genus hominum supersticio- ni afflīti.  
nis nouæ ac malificæ. Vetiū quadrigariorum lusus,  
quibus inueterata licentia paſsim uagantibus, fallere  
ac furari per iocum ius erat. Pantomimorum factio-  
nes cum ipsis ſimul relegate.

Afflīti supplicijs. Propter hoc peccati p̄cipue  
credo Neronē in illas, que ſequuntur, ignominiosas  
cupiditates, & detestanda scelerā traditū, & tam mi-  
ferē perijſſe. Nam dominus fuorum ſanguinē requi-  
rit ſemper de manibus impiorum.

## Cautum in falsarios pro testamentis. CAP. XVII.

**A** Duersiū falsarios tunc primum repertum, ne  
tabule niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina  
traieco obſignarentur. Cautū, ut in testamentis pri-  
mæ duæ ceræ, testatorum modò nomine inscripto, ua-  
cue ſignaturis oſtenderetur: ac ne quis alieni testa-  
menti ſcriptor legatum ſibi ascriberet. Item ut litiga-  
tores pro patrocinij certā iuſtamq; mercedem, pro  
ſubſellijs nullā omnino darent. præbente ærario gra-  
uita: utq; rerum actu ab ærario cauſæ ad forum, ac  
recuperatores transferrentur: & omnes appellatio-  
nes à iudicibus ad Senatum fierent.

Imperium ſub Nerone non auctum.

## CAP. XVIII.

**A**vgendi, propagandi; imperij neq; uolunta-  
te illa, neq; spe motus unquam, etiam ex Bri-  
tannia deducere exercitū cogitauit:nec nisi uere cun-  
dia, ne obtrectare parētis glorie uideretur, destitut.  
Ponti modò regnum concedente Polemone, item Al-  
pium defuncto Coetio in prouinciae formā rededit.

Expeditiones Alexandriae & Achaiæ per  
eum suscep̄ta. CAP. XIX.

\* Ali. Ale-  
xandrina. **P**eregrinationes duas omnino suscep̄tit, Alexan-  
drinam, & Achaiam: sed † Alexandrinā ipso  
profectionis die destitut, turbatus simul religione ac  
periculo. Nam cum circuitis templis in æde Veste rea-  
sedisset, consurgentē ei primū lacinia obhaesit: deino  
de tanta caligo coorta est, ut despicere nō posset. In  
Achaia Isthmum perfodere aggressus, pretorianos  
pro concione ad inchoandū opus cohortatus est, tu-  
baq; signo dato, primus rastello humū effudit, et cor-  
bulo congestā humeris extulit. Parabat & ad Cispia-  
nas portas expeditionē, conscripta ex Italicis senū pe-  
dum tironibus noua legione, quam Magni Alexandri  
phalangem appellabat. Hęc partim nulla reprehen-  
sione, partim etiam non mediocri laude digna in unū  
contulī, ut secernerem à probris ac sceleribus eius,  
de quibus dehinc dicam.

Studium eius in cantu & musica.

CAP. XX.

**I**nter ceteras disciplinas pueritiae imbutus tempore  
 & Musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnū  
 citharēdum uigentē tunc præter alios accessit, die-  
 busq; continuis post coenā canenti in multam noctē  
 assidēs, paulatim & ipse meditari, exercerijs cœpit.  
 Nec corum quicquam omittere, quæ generis eius ar-  
 tifices uel conseruandæ uocis causa, uel augendæ fasti-  
 tarent. Sed & plumbeā chartam supinus pectore + Al. suff  
 sustinere, & cylstere, uomitujs purgari, et abstinere  
 pomis, cibisq; officientibus, donec blandiēte profectu  
 (quoniam exigua uocis & fusca) prodire in sce-  
 nam concupiuit, subinde inter familiares Gr̄ecū pro-  
 uerbiū iactans, occulte musicæ nullum esse respe-  
 ctum. Et prodijt Neapoli primum, ac ne cōcuso qui-  
 dem repente motu terræ theatro, antē cantare desie-  
 tit, quam inchoatiū absoluaret vōlo. Ibidem s̄epius  
 & per complures cantauit dies, sumpto etiam ad re-  
 ficiendam uocem breui tempore, impatiens secreti à  
 balneis in theatrum transiit, mediaq; in orchestra fre-  
 quete populo epulatus: si paulum subbibisset, aliquid  
 + se sufferri tinniturum Gr̄eco sermone promisit. Ca  
 ptus autem modulatis Alexandrinorū laudationibus, + Al. suffer  
 qui de nouo cōmeatu Neapolim confluxerant, plures  
 ret, uel suff  
 fertion.

Alexandria euocauit. Neque eo segniss adolescentes  
 equestris ordinis, & quinq; amplius millia è plebe ro-  
 butissime iuuentutis undiq; elegit, qui diuisi in factio-

nes plausuum genera condiscerent (bombos, & im-  
brices, & testas vocabant) operamq; nauarent cat-  
tanti sibi insignes pinguisima coma, & excellentis  
fimo cultu pueri, nec sine anulo leuis, quorū duces qua-  
dragena millia H S. merebant.

Tragœdias cantat. CAP. XXI.

**C**Vm magni cestimaret cantare, etiā Romæ Ne-  
roneum agona ante præstitutam diem reuoca-  
uit. flagitantibusq; cunctis cœlestem uocem, respon-  
dit quidem in hortis se copiam uolentibus facturum:  
sed adiuuāte uulgi precess etiam statione militū, que-  
tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est li-  
bens, ac sine mora nomen suū in albo profitentū ci-  
tharædorum iussit adscribi, sorticulaq; in urnā cum  
ceteris demissa intravit ordine suo simulq; præfecti  
prætorij citharam sustinentes, post Tribuni militū,  
iuxtaq; amicorū intimi. Utq; constituit peracto primi  
cipio, Nioben se cantaturum per Clivium Rufum con-  
sularem pronunciauit, & in horam ferè decimā per-  
seuerauit, coronamq; eam & reliquam certaminis  
partem in annum sequentē distulit, ut saepius canendi  
occasio esset. Quod cum tardum uideretur, non ces-  
sauit identidem se publicare. Non dubitauit etiam in  
privatis spectaculis operam inter scenicos dare, quo-  
dam Prætorū H S. decies offerēte. Tragœdias quoq;  
cantauit personatus herōū deorumq; item heroïdum

NERO CLAVDIUS CAES. 355  
ac dearum personis effectis ad similitudinem oris sui,  
& foemine prout quaque diligeret. Inter cetera can-  
tauit Canace parturientem, Orestem matricidam,  
Oedipodem & excusatum, Herculem insanum, in qua  
fabula fama est tirunculum militem positum ad cu-  
stodiam aditus, cum eum ornari, ac vinciri catenis, si  
eum argumentum postulabat, uideret, accurri se ferre  
de opis gratia.

Studium eius aurigandi & citharizandi.

CAP. XXII.

**E**Quorum studio uel precipue ab incunabulo etate  
flagravit, plurimusque illi sermo, quaque uetare-  
tur, de Circensibus erat: & quondam tractum + Pra-  
finum agitatore inter condiscipulos querens, obiur-  
gante magistro, de Hectore se loqui emetitus est. Sed  
cum inter initia imperij eburneis quadrigis quotidie  
in abaco luderet, ad omnes etiam + minimos Circenses + Ali. mil-  
secessu commeabat, primo clam, deinde proplam, ut  
nemini dubium esset, eo die utique affuturum. Neque disibi-  
mulabat, uelle se palmarum numerum ampliare, qua-  
re spectaculum multiplicatis missilibus in serum pro-  
trahebatur, ne dominis quidem iam factiorum dignan-  
tibus, nisi ad totius diei cursum greges ducere. Mox  
& ipse aurigare, atque etiam spectari saepius uoluit,  
positoque in hortis inter seruitia, & sordidam plebe-  
rudimento, uniuersorum se oculis in circo maximo

\* Al. obce  
catum.

+ Ali. Par  
fini.

+ Ali. mil-  
mos.

præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam (ut diximus) petit, hinc maximè motus: Instituerat ciuitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharædorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeò grata recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cœnam, exceptusq; effusius, solos scire audire Græcos, solosq; se, & studijs suis dignos ait. Nec profectio dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram iouis Cassij cantare auspicatus est.

Certamina exercituum, ac timor in eo  
genere. CAP. XXIII.

**C**ertamina deinceps obiit omnia. Nam & quæ diuersissimorum temporum sunt, cogi in unum annum quibusdam etiā iteratis iuſſit. Olympia quoq; præter consuetudinem musicum agona cōmisit. Ac, ne quid circa hæc occupatum auocaret, detineretue, cum præsentia eius urbicas res egeret à liberto Helio admoneretur, rescripsit his uerbis: Quāuis nunc tuū consiliū sit, & uotū, me celeriter reuerti, tamen suadere & optare potius debes, ut Nerone dignus reuertar. Cantante eo, nec necessaria quidē causa excedere theatro licitum erat. Itaq; & enixa quædam in  
spectac

speculaculis dicuntur, & multi tedium audiēdi laudantur  
digis clausis oppidorū portis aut furtim de siluisse de-  
muro, aut morte simulata funere elati. Quām autē tre-  
pide anxieq; certauerit, quāta aduersariorū emula-  
tione, quo metu iudicū, uix credi potest. Aduersa-  
rios quasi planē cōditionis eiusdē obseruare, captare,  
infamare secretō nonnūq; ex occurso maledictis in-  
cessere: ac si qui arte præcellerent, corrūpcere etiam  
solebat. Iudices autē prius, q; inciperet, reuerentissimè  
alloquebatur, omnia se facienda fecisse, sed euentum  
in manu esse fortunæ: illos ut sapientes, & doctos ui-  
ros fortuita debere excludere: atq; ut auderet, hortan-  
tibus, & quietore animo recedebat, ac ne sic quidem sine  
solicitudine taciturnitatē pudoremq; quorundā pro  
tristitia, ac malignitate arguēs, suspectosq; sibi dicēs.

Obediētia eius in dictis certaminibus. C. XXIII.

**I**n certando uero ita legi obediēbat, ut nunquam  
excreare ausus, sudorē quoq; frontis brachio de-  
tergeret, atq; etiam in quodam tragico actu, cum clā-  
psim baculum citò resumpsi set, pauidus & metuens,  
ne ob delictū certamine submoueretur, nō aliter con-  
firmatus est, quām adiurante hypocrita non animad-  
ta, pro hi-  
Hypocri-  
uersum id inter exultationes, suclamationesq; po-  
trione.  
puli. Victorē autem se ipse pronūciabat. Qua de cau-  
sa & præconio ubiq; contendit. Ac ne cuius alterius  
hieronicarū memoria, aut uestigium extaret usquā,

subuerti & unco trahi, abiectis in latrinas omnium statuas & imagines impersauit. Autigauit quoq; plurifariam, Olympijs uero etiam decemiugem, quāuis ad ipsius in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. Sed excusus curru ac rursus repositus, cum perdurare nō posset, restitut ante decursum, nec eo secius coronatus est. Decedens deinde, prouincia universam libertate donauit, simulq; iudices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quae beneficia ē medio stadio Isthmiorum die sua ipse uoce pronunciauit.

**Hypocrita.** ) Significat personatum, quiue personam alienam agit.

**Hieronicarū.** ) Hieronicas uocat sacrorum certamina Qualia fuerint autem, satis declarant autores, præcipue Quintilianus secundo libro.

**Isthmiorum die.** ) iōbūia Theseo autore instituta sunt in honorem Neptuni: aut, ut quidam dicunt, in honorem Palæmonis.

Reditus eius ē Græcia, ac eiusdem triumphi.

### CAP. XXV.

**R**euersus ē Græcia Neapolim, quod in ea pri-  
mā artem protulerat, albis equis introiit dis-  
iecta parte muri, ut mos hieronicarū est. Simili mo-  
do Antiuī, inde Albanum, inde Romā. Sed et Romanū  
eo curru, quo Augustus olim triumpharat, et in ueste  
purpurea, distinctaq; stellis aureis chlamyde, cero-  
namq; capite gerēs Olympicā, dextra manu Pythiā,  
præcunte pompa ceterorum cum titulis, ubi, & quos,

que

quo canticorum, quoque fabularum argumēto uiciisset,  
sequentibus currum ouantium ritu plausoribus, Au-  
gustianos, militesq; se triumphi eius, clamantibus.  
Dehinc diruto circi maximi arcu, per uelabrum, fo-  
rumq; palatum, & Apollinem petijt. Incendi paf-  
sim uictime cæsæ, sparsò per vias identidem croco,  
ingestæq; aues, ac lemnisci, & bellaria. Sacras coro-  
nas in cubili circum lectos posuit. Item statuas suas ci-  
tharædico habitu: qua nota etiam numnum percus-  
sit. Ac post hec tantum absuit à remittendo, laxan-  
doq; studio, ut conseruandæ uocis gratia, neq; milites  
unquam, nisi absens, aut alio uerba pronunciante ap-  
pellaret: neq; quicquam serio, ioco uégerit, nisi a Phonase®  
stante phonæco, qui moneret, parceret arterijs, ac su-  
magister®  
darium ad os applicaret: multisq; uel amicitia suam  
obtulerit, uel similitatem indexerit, prout quisq; se  
uocis ex-  
ercendæ.  
magis, parcus'ue laudasset.

Rapinæ eius, & alia scelera. C A P. XXVI.

**P**etulantiam, libidinem, luxuriā, auaritiam, cru-  
delitatem sensim quidem primò & occultè uel  
luiuenili errore exercuit: sed ut tunc quoq; dubium  
nemini foret, naturæ illa uitia, nō etatis esse. Post cre-  
pusculū statim arrepto pileo, uel galero popinas ini-  
bat, circumq; uicos uagabatur ludibundus, nec sine  
pernicie tamen. Siquidem redeentes à cœna uerbera-  
re, ac repugnantes uulnerare, cloacisq; demergere

## 360 C. SVETONII TRANQ.

assueverat: tabernaculas etiam effringere & expilare, quinta pars domi constituta, ubi parte, & ad llicitationem diuidenda prædae pretium assumeretur. Ac sepe in eiusmodi rixis, oculorum & uitæ periculum adjicit, à quodam latil claudio, cuius uxorem attrectauerat, pro-

**I**llud horum ad nos cæsus. Quare nunquia postea se publico illud  
räte, pro te-  
pore. horæ sine Tribunis cōmisit, proclam occulte subsequen-  
tibus. Interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in  
theatru, seditionibus pantomimoru ex parte prosce-  
nij superiori, signifer simul ac spectator aderat. Et  
cū ad manus uentu esset, lapidibusque & subselliorum  
fragminibus decerneretur, multa & ipse iecit in po-  
pulum, atque etiam Prætoris caput consauciavit.

Commissariorum & eius epula. CAP. XXVII.

**P**aulatim uero inuaescientibus uitijs, vocularia  
& latebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad  
maiora palam erupit. Epulas è medio die ad medium  
noctem protrahebat, refotus saepius calidis piscinis,  
ac tempore asti uio niuatis. Cœnitabatque nonnunquia &  
in publica naumachia præclusa, uel Martio campo,  
uel circa maximo, inter scortorum totius urbis, Amo-  
bubiarumque ministeria. Quoties Hostiæ Tiberi de-  
fluueret, aut Baadianu sinum præternauigaret, dispo-  
site per littora et ripas diuersorū taberne parabā-  
tur, insignes ganeæ, & matronarū institorias operas  
emittantia, atque hinc inde orantiu, ut appelleret. Indi-  
cebat

AL.Bz.

cebat & familiaribus coenas, quoruū uni mellita qua-  
dragies H.S. constituerunt, alteri pluris aliquanto ab  
Syrtio rosaria.

Matris nefarius concubitus. CAP. XXVIII.

**S**uper ingenuam proagogia, & nuptarū con-  
cubinatus, Vestali virgini Rubriæ uim intulit.  
Acten libertā, paulum absuit, quin iusto matrimonio  
sibi cōiungeret, submissis cōsularibus uiris, qui regi  
generē ortā peierarent. Puerum Sporum exēctis te-  
stibus, etiā in muliebrē naturā transfigurare conatus  
est, cum dote, & flāmeo persolenni nuptiarum cele-  
berrimo officio, deductū ad se pro uxore habuit. Ex-  
tatq; cuiusdam nō inscitius iocus, bene agi potuisse cū  
rebus humanis, si Domitius pater talē habuisset uxo-  
rem. Hunc Sporum augustarū ornamenti excultum,  
lecticāq; uectū, & circa conuentus mercatusq; Græ-  
cia, ac mox Roma circa sigillaria comitatus est, idē  
tidem exosculans. Nam matris cōcubitum appetisse,  
et ab obtrectatoribus eius, ne ferox atq; impotēs mu-  
lier ex hoc genere gratiæ præualeret, deterritū ne-  
mo dubitauit. utiq; postq; meretricē, quam fama erat  
Agrippinæ simili mā, inter concubinas recepit. Olim  
etiā quoties lectica cum matre ueheretur, libidina-  
tum inceste, ac maculis uestis proditum affirmant.

Pudicitia eius passim prostrata.

CAP. XXIX.

Suam

+ Ali. pro stravit. **S**um quidē pudicitiam usque adeo † prostituit,

+ Ali. quic. me quasi genus lusus excogitaret, † quatenus ferē pel  
le contextus emitteretur ē caeca, uirorumq; ac fœni-  
narum ad stipitem deligatorū inguina inuaderet.

Et cum affatim deseuisset, conficeretur à Dorypho-  
ro liberto, cui etiā sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit:  
uoces quoq; & ciuatus uim patientiū uirginum imi-  
tatus. Ex nonnullis comperi, persuasiſſimū habuisse  
eum, neminem hominem pudicum, aut illa corporis  
parte purum esse: uerum plerosq; dissimulare uitium,  
+ Al. calli dī. et † calliditate obtegere. Ideoq; professis apud se ob-  
scenitatem, cetera quoq; concessisse delicta.

Prodigalitas eius, ac diuitiarum profusio.

CAP. XXX.

Deparci, pro impē-  
dio parci, **D**uitiarum et pecuniae fructum non aliū pua-  
cos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælau-  
tos, uereq; magnificos, qui abuterētur ac perderent.  
Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo ma-  
gis nomine, q̄ quod ingentes à Tiberio relictas opes  
in breui spatio prodigisset. Quare nec largiēdi, nec  
absumendi modū tenuit. In Tyridatem, quod uix cre-  
dibile uideatur, octingenta nummū millia diurna  
erogauit, abeuntiq; super H. S. millies contulit. Me-  
diuum. + ali. Specr necratem citharœdum, & † Specillum Miruallonem  
trium-

triumphalium uirorū patrimonij adibusq; donauit. Cercopithecum Pancrotēm sceneratorem, & urbanis rusticisq; prædijs locupletatum, propè regio extulit funere. Nullam uestem bis induit. Quadrigens in punctum H S. aleā lusit. Piscatus est rete aurato, purpura a coocoq; funibus nexit. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canis inatis mulionibus, armillata & phalerata cum tamaxicorum turba, atq; cursorum.

<sup>t Ali. hæ-</sup>  
Canusiat is mulionib.) Hoc est, induit ueste lanea maxochœ ex Cantusio oppido, ubi præstantissima est lana, siue rū, sed forte legedæ colore, siue mollitatem spectet.

Opera publica per eum facta. CAP. XXXI.

<sup>hamaxo-</sup>  
**N**on in alia re damnosior, quam in edificando. <sup>chon, siue amazacū,</sup>  
Domū à palatio Exquiliis usq; fecit. Quam primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutamq; auream nominavit. De cuius spatio atq; cultu sufficerit hoc retulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus CXX. pedum staret in suis effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. Item stagnum maris instar, circunseptum adificijs ad urbium specie. Rura insuper aruis atq; uinetis, & paucis, sylvisq; uaria cū multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumq; conchis erant. Cœnatiōnes laqueatæ tabulis eburneis uersalitibus, ut flores ex fistulis, & unguenta desuper spargeretur.

Precios

Precipua coenationum rotunda, que perpetuo diebus  
 ac noctibus uice mundi circuus geretur: balineæ et mariæ  
 Balineæ, p balneæ nis, & Albulis fluent et aquis. Eiusmodi domū cum  
 + Ali. sc. absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut dic-  
 eret quasi hominem tandem habitare cœpisse. Præter  
 rea inchoabat piscinam à Miseno ad Auernū lacum  
 contextam, porticibus conclusam, quo quicquid totis  
 Bais calidarii esset, cōmitteretur. Fossam ab Auerno  
 Hostiam usq; in nauibus, nec tamen mari iretur, logi-  
 tulinis per CLX. millaria, latitudinis, qua cōtraria  
 quinqueremes cōcarent. Quorū operum perficien-  
 dorum gratia, quod ubiq; esset custodiæ, in Italia de-  
 portari, etiā scelere cōdictos, non nisi ad opus damna-  
 ri, præceperat. Ad huc impendiorum furorem super  
 fiduciam imperij, etiam spē quadā repentina immen-  
 sarum & reconditariū opum impulsus est, ex indicio  
 equitis Ro. pro comperto pollicentis thesauros anti-  
 quisimæ gaza, quos Dido regina fugiens Tyro secis  
 extulisset, esset in Africa uastissimis specubus abdi-  
 tos ae posse erui paruula molientium opera.

**Colossus.** Colosso, est ingens statua, molesq; mag-  
 nitudine mirabilis.

Rapina eius, extortiones, & sacrilegia.

C A P. XXXII.

**V**erum ut spes fessellit, destitutus atq; ita iā ex-  
 haustus et egens, ut stipendia quoq; militiam,  
 & cōmoda veteraniū protracti ac differri necesse  
 esset,

ANQ.  
Nero Claudiuſ Caes. 365

effet, calumnijs rapinisq; intendit animū. Ante om̄ia instituit, ut ē libertorum defunctorū bonis pro ſea-  
misse dodrans cogeretur ei, qui ſine probabili cauſa  
eo nomine eſſent, quo fuſſent illae familiæ, quas ipſe  
cōtingeret: deinde ut ingratorū in principem teſta-  
menta ad fiscum pertinerent: ac ne impune eſſet stu-  
diosis uiris, qui ſcripſiſſent uel dictaſſent ea: tū ut le-  
ge maiestatis facta dictaſſ omnia, quibus modò dela-  
tor non deſſet, teneretur. Reuocauit, & præmia co- Renoca-  
ronarū, que cunq; ſibi in certaminibus ciuitates detu- uit, pro in-  
ſtaurauit.  
liſſent. Et cū interdixiſſet uſum amethystini ac Tyr-  
ri coloris, ſubmiſſiſſetq; qui nundinarū die pauculas  
uncias uenderet, præclusit cunctos negotiatores.  
Quinetiā inter canendum animaduersam matronā ē  
ſpectaculis, uetita purpura cultam, demōſtrasse pro-  
curatoribus ſuis creditur, detractamq; ilicō non ue-  
ſte modò, ſed ē bonis exuit. Nulli delegauit officium,  
ut non adiſceret: ſciſ quid mihi opus fit: & hoc agae-  
mus, ne quis quicquam habeat. Ultimò templis com-  
pluribus dona detraxit, ſimulachraq; ex auro, uel ar-  
gento fabricata conſlauit, in his penatiuum deorum,  
que mox Galba reſlituit.

Parricidium eius in Claudiuſ & Britan-  
nicum. CAP. XXXI.

P Arricidia et cædes à Claudio exorsus eſt. Cuius  
necis, et ſi non autor, at conſcius fuit: neq; diſſi-  
mulare

mulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum  
Prouerbiis acceperat, quasi deorum cibum posthac prouerbio  
cum Græco collaudare sit solitus. Certè omnibus rerum,  
uerborumq; contumelijs mortuum insectatus est, mo-  
dò stultitiae, modò sauitiae arguens. Nam & morari  
eum inter homines desijisse producta prima syllaba  
iocabatur, multaq; decreta, & constituta, ut insipien-  
tis atq; deliri pro irriuis habuit. Deniq; bustum eius  
consepiri, nisi humili leuiq; materia, neglexit. Britan-  
nicum nō minus æmulatione uocis, quæ illi iucundior  
suppetebat quam metu, ne quando apud hominū gra-  
tiam paterna memoria præualeret, ueneno aggressus  
est. Quod acceptum à quadam Locusta uenenciariorū  
indice, cum opinione tardius cederet, uentre modò  
Britannici moto, accersitam mulierem sua manu uer-  
berauit, arguens pro ueneno remedium dedisse, excus-  
santiq; minus datum, ad occultandam facinoris ini-  
diā: sane, inquit, legem iuliam timeo, coegeritq; se co-  
ram in cubiculo, quam posset uelociſſimum ac præ-  
sentaneum coquere. Deinde in hœdo expertus, postq  
is quinq; horas protraxit, iterū ac ſepiuſ recoctum,  
porcello obiecit. Quo statim exanimato, i: ferri in tri-  
clinium, dariq; cœnanti secum Britannico imperavit.  
Et cum ille ad primum gustum concidisset, comitiali  
morio ex consuetudine correptū apud coniuas emē-  
titus, postero die raptim inter maximos imbræ  
latitio

latitio extulit funere. Locuta pro nauata opera, im-  
punitatem, prædiaq; ampla, sed & discipulos dedit.  
Parricidium eius in matrem & amitam.

## C A P. XXXIII.

**M**Atrem dicta, factaq; sua exquirerent acer-  
bius & corrigentem, haec tenus primò graua-  
batur, ut inuidia identidē oneraret, quasi cessurus im-  
perio, Rhodumq; abitus, mox & honore omni, &  
potestate priuauit, abductaq; militum & Germano-  
rum statione, contubernio quoq; ac palatio expulit.  
Neq; in diuexanda quicquam pensi habuit, submissis  
& qui Romæ morant̄ litibus & in secessu quiescen-  
tem, per conuitia & iocos, terra, mariq; præterue-  
lentes inquietarent. Verum minis eius, ac violentia re, pmo-  
territus, perdere statuit. Et cū ueneno ter tentasset,  
sentiretq; antidotis præmunitam, lacunaria, que no-  
tu super dormientem + luxata machina deciderent, 12. + Al. laxa-  
parauit. Hoc consilio per conscos parum celato, so-  
lutilem nauem, cuius uel naufragio, uel cameræ ruina  
periret, cōmentus est. Atq; ita reconciliatione simu-  
lata, iucundissimis literis. Baias euocauit ad solennia  
quinquatriū simul celebrāda, datoq; negotio tricerar-  
chis, qui liburnicam, qua adiecta erat, uelut fortuito  
concursu confingerent, protraxit conuiuum. Repe-  
tentiq; Baulos in locū corrupti nauigij, machinosum  
illud obtulit, hilare prosecutus, atq; in digressu papil-

las quoque exosculatus, reliquam temporis cum magna trepidatione vigilauit, opperiens cœptorū exitum. Sed ut diuersa omnia nandoq; euafisse eam comprehendit, inops consiliq; L Agerinum libertum eius saluā

<sup>¶ Al. abie-</sup>  
<sup>eo.</sup>

et incolumē cum gaudio nunciantē, et obiecto clā iu-  
xta pugione, ut percussorē sibi subornatū arripi, cō-  
stringiq; iusit, matremq; occidi quasi deprehensum  
crimen uoluntaria morte uitasset. Addūctio his atro-  
ciora, nec incertis autoribus, ad uisendum: interfect  
ead: uer accurrisse, contract esse membra, alia uitupe-  
rasse, alia laudasse, sitiq; interim oborta bibisse. Neq;  
tamen sceleris conscientiam, quanq; et militum, et  
Senatus, populiq; gratulationibus confirmaretur, au-  
statim, aut unq postea ferre potuit, sæpe cōfessus ex-  
agitari se materna specie, uerberibus furiarū, ac tæ-  
dis ardentibus. Quin et facto per Magos sacro, euo-  
care manes, et exorare tentauit. Peregrinatione qui-  
dem Gracie Eleusinijs sacris, quorum initiatione im-  
pij et scelerati uoce præconis submouerētur, inter-  
esse non ausus est. Iunxitq; parricidio matris amit-  
necem. Quam ex duritia alii cubantem uisitaret, et  
illa tractas lanuginē eius, ut assolet, iā grandis natu,  
per blāditias forte dixisset: simul hāc excepero, mori  
uolo: conuersus ad proximos confestim se positurum  
uelut irridens ait, præcepitq; medicis, ut largius pur-  
garent egram. Nam ne cdum defuncte bona inuasit,

supo

suppresso testamento ne quid abscederet.

Conscientiam.) Nam peccata super corda scripta  
exagitat nocentes. Furiæq; nō quiescunt in impiis  
cōscientia, etiā in illis qui deum nullum esse iudicē  
crediderūt. Quæ carnifina cōsciētiae infernus est.

Parricidium eius in uxores, ac sibi coniunctiſi-

mos. CAP. XXXV.

**V**Xores præter Octauiam duas postea duxit, + Al. Po-  
† Poppæam Sabinā, q̄estorio patre natā, & peiam.  
equiti Romano antè nuptam; Deinde Statiliam Mes-  
salinam, Tauri bis Consulīs, ac triumphalis abneptē.  
Qua ut potiretur, virū eius Atticū Vestinū C O S.  
in honore ipso trucidavit. Octauiae cōsuetudinem ci-  
tō aspernatus, corripiētibus amicis, sufficere illi de-  
bere respondit uxoria ornamenta. Eandē mox ſepe  
frustra stragulare meditatus, dimisit ut ſterilem, sed Meditar<sup>o</sup>  
pro tenta  
improbante diuortiū populo, nec parcente conuiujs,  
etiam relegavit. Deniq; occidit ſub crimine adulte-  
riorum adeò impudenti, falſoq; ut in quæſtione per-  
negantibus cunctis, Anicetum pædagogum ſuū indi-  
cem subiecerit, qui dolo ſupratā à ſe fateretur. Pop-  
pæam duodecimo die poſt diuortiū Octauiae in ma-  
trimoniū acceptā, dilexit unicē. Et tamē ipsam quoq;  
ictu calcis occidit, quod ſe ex aurigatione ſerò reuer-  
ſum, grauida & ægra conuiujs inceſſerat. Ex hac fi-  
liam tulit Claudiam Auguſtā, amifitq; admodum in-  
fantem. Nullum adeò neceſſitudinis genus eſt, quod

non scelere perculerit. Antoniam filiā Claudiū recte-  
santem post Poppeā mortem nuptias suas, quasi mo-  
litricem nouarum rerum intercessit. Similiter inter-  
emit ceteros, aut affinitate aliqua sibi, aut propin-  
quitate coniunctos. In quibus Aulum Plancum iuu-

+ Alcon- nem: quem cūm ante mortem per uim + constupras-  
tou casset, set: eat nunc inquit, mater mea, & successorē meum  
osculetur, iactans dilectum ab ea, & ad spem imperij  
impulsum. Priuignum Ruffinum Crispinum Poppeā  
natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus &  
imperia ludere, mergendū mari, dum piscaretur, ser-  
uis ipsius demandauit. Thuscum nutricis filium rele-  
gauit, q; in procuratione Aegypti balneis in aduentū  
suum extructis, lauisset. Senecam præceptorē ad ne-  
cem compulit: quamuis sepe cōmeatum petenti, bo-  
nisq; cedēti persanctē iurasset, suspectum se frustra,  
periturumq; potius, q; nocitum ei. Burro præfecto  
remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Liber-  
tos diuites, & senes olim adoptionis, mox dominatio-  
nis suae fautores, atq; rectores, ueneno partim cibis,  
partim potionibus indito, interceptit.

Sæuitia eius in exteris, & cædes illustrium  
uirorum. CAP. XXXVI.

**N**ec minore sæuitia foris, et in exteris grassa-  
tus est. Stella crinita, quæ summis potestatis  
bus exitū portendere vulgo putatur, per continuas  
noctes

noctes oriri cœperat. Anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cede alii qua illustri expiare, atq; à semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuiq; exitū destinauit. <sup>44</sup>Enim Nero multo magis et quasi per iustā causā duabus cōiurationibus † promulgatis: quarum prior maiorq; + Al. pro Pisoniana Rome, posterior Viniciani Beneueti consuigatis. flata, atq; detecta est. Coniurati ē uinculis triplicium catenarum dixerē causam, cum quid. un crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam alter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitijs omnibus. Damnatorū liberi urbe pulsī, encēstiq; ueneno, aut fame. Constat quosdam cum pædagogis et capsariis uno prandio pariter necatos, alios diuinum uictum prohibitos querere.

Capsarius. ) Est qui libros portat præceptoribus & studiosis. Est etiam custos caparum, qualis est qui in balneis uestes custodit.

Cedes multorum paſsim facta, & alia eius gesta. CAP. XXXVII.

**N**VLLUS posthac adhibitus delectus, aut modus interimendi quoscunq; libuisse quacunq; de causa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orphito obiectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationē locasset, Cassio Longino iuris consulto, ac luminibus orbato, q; in ueterē gētili stemmate C. Cassij percussoris Cæsaris imagi-

<sup>+ Al. reti-</sup> nes t̄ restituisset: Peto Thrace et tristior et p̄dagogē  
<sup>missit.</sup> multus mori iussis non amplius, quā horariorū spa-  
tium dabant. At ne quid mōrē interueniret, medicos  
admovebat, qui cunctantes continuo curarent: ita  
enim uocabat uenias mortis gratia incidere. Credi-  
tur etiā Polyphago cuidam Aegyptij generis crudā  
carnē, & quicq; daretur mandere assueto, cōcupisse  
uiuos homines laniandos, absumentosq; obijcere. E-  
latus inflatusq; tantis uelut successibus negauit quen-  
quā principum scisse, quid sibi liceret. Multasq; nec  
dubias significationes s̄ape iecit, ne reliquis quidē se  
parsurum Senatoribus, eunq; ordinem sublaturum  
quandoq; ē Rep. ac prouincias & exercitus equiti  
Ro. ac libert̄s permissionū. Certè neq; adueniēs, neq;  
proficisciens quenquam osculo impertiuit, ac ne resa-  
lutatione quidem. Et in aufficando opere Istbni, ma-  
gna frequentia clare, ut sibi ac Populi Romani bene-  
res uerteret, optauit, dis̄simulata Senatus mentione.

Vrbis incendium per eum factum.

CAP. XXXVIII.

<sup>Trimeter.</sup> **S**ed nec populo, aut moenibus patriæ pepercit, di-  
<sup>Iambicus.</sup> scente quodam in sermone communī, ἐμὸν θαρόν  
 το γαῖα μιχθύτω τογή: imò inquit, ἐμὸς λόγος.  
 Planeq; ita fecit. Nam quasi offensus deformatate uen-  
 terum edificiorum, & angustis flexurisq; uicorum,  
<sup>+ Al. cubi-</sup> incendit urbem tam palam, ut pleriq; consulares &  
 gulares. <sup>+</sup> **R**eges, **U**nusq; **U**biq; **U**biq;

cubicularesq; eius cū stupa tēdāq; in p̄dījs suis deprehensos non attigerint, & quādam horrea circa domum auream, quorum spatiū maximē desiderabat, ui bellicis machinis labefactata, atq; inflammata sint, quōd saxeō muro constructa erant. Per sex dies, septemq; noctes ea clade fæcūtum est, ad monumētorum busterumq; diuersori: plebe cōpusa. Tunc p̄ae insulae, dōter immensum numerum insularum, domus priscorum inus ma-  
ducū arserunt, hostilibus adhuc spolijs adornatae, dea gnatū se-  
rumq; ædes ab regibus, ac deinde Punicis, & Gallicis  
bellis uotæ dedicatæq;. & quicquid uisendū, atq; me-  
morabile ex antiquitate durauerat. Hoc incendium ē  
turri † Mecœnatica prospectans, lētusq; flamma (ut tal. Mecœ  
aibat) pulchritudine, & loco in Ilij decantauit in illo natiana  
suo scenico habitu. Ac ne non hinc quoq; quantū pos-  
set p̄adē, & manubiarum inuaderet, pollicitus cada-  
uerum & ruderum gratuitā egestionem, nemini ad  
reliquias rerū suarum adire permisit, collationibuiq;  
non receptis modō, uerum & efflagitatis, prouincias  
priuatorumq; census prop̄e exhaustus.

in dñi vñ, &c.) Hoc est, me uita defuncto, ter-  
ra pereat igne.

in dñi vñ, &c.) Id est, me uiuente.

Clades & probra in eum. CAP. XXXIX.

**A**ccesserunt tātis ex principe malis probrisq;  
quādam & fortuita, pestilentia unius autūni,  
qua XXX. funerum millia in rationē Libitine uene-

## 574 C. SVETONII TRANQ.

runt. Clades Britannica, qui duo præcipua oppida magna ciuiū sociorumq; cæde direpta sunt. ignomina ad orientē legioībus in Armenia sub iugū missis, ægreq; Syria retenta. Mirū et uel præcipue notabile inter hec fuit, nihil eū patiētius, q̄ maledicta et conuictia hoīm tulisse: neq; in ullos leniorem, q̄ qui se distis, aut carminibus laceſſissent, extiſſe. Multa Gre

Proscri-  
pta, pro  
propalā  
scripta.

cè, Latineq; proscripta aut uulgata sunt, sicut illa:

Νέρων, ὁρέσκης, ἀλειαχίων, μητροκτόνοι.

Νέονυμφῶν, Νέρων, οἰστροκτέρα & πέντενερ.

Quis negat Aeneæ magna de stirpe Nerojem?

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit cytharam noster, dum cornua Parthus,

Noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

Romi domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si non & Veios occupat ista domus.

Sed neq; autores requisuit, et quosdam per indicem delatos ad Senatum, affici grauiore pœna prohibuit.

Transiuntem eum Isidorus Cynicus in publico clara uoce corripuerat, quod Naupli mala bene cātitaret, sua bona mūlē disposeret. Et Datus Attellanarum histrion in cāticō quodam, ὑγιαινε τάτας, ὑγιαινε μάτας, ita demonstrauerat, ut bibentem natantemq; saeret, exitum C. Claudij Agrippinæq; significans: & in nouissima clausula,

Oreus uobis ducit pedes,

Senac

senatum gestu notaret: histriōnēm & philosophū  
Nero nihil amplius quām urbe Italiaq; submouit, uel  
contemptu omnis infamia, uel ne fatendo dolorem,  
irritaret ingenia.

Nipow op̄is̄is. Id est. Nero, Orestes, Alcmaon, matri-  
cidæ. Nonam nuptam Nero, matrem propriam in-  
terfecit Sponsus nouus Nero.

ūyale wārīg, &c.) i. Vale bñ pater, uale bñ mater.

Defectio Galliarum in eum. CAP. XL.

Paulomi-

**T**alem principē paulo minus per **XLIII. annos** nus, pro  
percessus terrarū orbis, tandem deſtituit, ini- penē.  
tuum facientibus Gallis, duce Iulio Vindice, qui tuor  
eam prouinciam pro Prætore obtinebat. Prædictum  
à mathematicis Neroni olim erat, fore ut quandoq;  
deſtitueretur: unde illa uax eius celeberrima, & tē-  
xuop wārā yārā t̄p̄: quo maiore uenia medi-  
taretur citharoedicam artem principi ſibi gratam,  
priuato neceſſariam. Spoponderunt tamen quidam  
deſtituto ei ordinationem Orientis, nonnulli nomi-  
natim regnum Hierosolymorum, plures omnis pri-  
uinae fortunæ reſtitutionem. Cui ſpej pronior Britan-  
nia, Armeniaq; amissa, ac rurſus utraque recepta,  
deſunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Ut uero  
coſulto Delphis Apolline, ſeptuageſimum ac tertium  
annum cauendum ſibi audiuit, quaſi eo demum obitu-  
rus, ac nihil coniectans de ætate Galbae, tata fiducia,  
non modò ſenectam, ſed etiam perpetuum, ſingula-

Ad ſ remq;

remq; concepit felicitatem, ut amissis naufragio pre-  
tiosissimis rebus, nō dubitauerit inter suos dicere, pi-  
sces eas sibi relaturos. Neapoli de motu Galliarū co-  
gnouit die ipso, quo matrem occiderat; adeoq; lente,  
ac securè tulit, ut gaudentis etiam suspicionem Pre-  
beret, tanq; occasione nata spoliandarum iure belli  
opul. ntissimarum prouinciarum. Statimq; in Gym-  
nasium progressus, certantes athletas effusissimo stu-  
dio spectauit. Coenæ quoq; tempore interpellatus, tu-  
multuosioribus literis, hactenus excanduit, ut malum  
ijs, qui descissent minaretur. Deniq; per octo conti-  
nuos dies nō rescribere cuiq; non mandare quid, aut  
principere conatus, rem silentio obliterauit.

<sup>το τιχινη οδος, &c.)</sup> Hoc est, at tem omnis terra  
nutrit.

Reditus eius in urbem, & contumelie in  
eum dictæ. CAP. XL I.

**E**dictis tandem Vindicis contumeliosis & fre-  
quentibus permotus, Senatum epistola in ultio-  
nem sui, Reiç; publice adhortatus est, excusato lan-  
guore faecium, propter quem non adesset. Nihil aut  
equè doluit, q; ut citharœdum malum se increpitum,  
ac pro Nerone Aenobarbum appellatum. Et nomen  
quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobra-  
retur, resumpturū se professus est, deposito adoptia-  
uo. Cetera coniuria ut falsa, non alio arguento re-  
felle-

fellebat, q̄ quid etiam inscitia tantopere laborat̄, perfectaq; à se artis obijceretur, singulos subinde rogitans, nosſent ne quenquam præstantiorem. Sed urgētibus alijs super alios nuncijs, Romanum prætrepidus redijt. Leuiterq; modò in itinere fruolo aūspicio mente recreata, cū annotasset insculptum monumen-  
to, militem Gallū ab equite Ro. oppr̄ssum, trahi crē-  
nibus, ad eam speciem exiluit gaudio, cœlumq; adora-  
uit. Ac ne tunc quidem aut Senatu, aut populo corām  
appellato, quosdam è primoribus uiris demum euo-  
eauit, transactaq; raptim cōſultatione, reliquam diei rato, seu  
partem per organa hydraulicā noui & ignoti gene appella-  
ris circūduxit. Ostendēsq; singula, de ratione ac diffi-  
cultate cuiusq; differēs, iamq; etiam prolaturum omnia in theatrum affirmauit, si per Vindicem liceat.

Organa hydraulicā Sunt instrumēta musica, quo-  
rum uſus erat in aqua, hinc vīspaūm; peritus illorum  
dicitur.

### Defectio Hispaniarum & Galbae contra eum.

#### C A P. XLII.

**P**ostquam etiam deinde Galbam & Hispanias descuiſſe cognouit, collapsus, animo que male fracto diu & sine uoce, & propè intermortuus iacuit. Ut'que resipuit, ueste descissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiauit. Consolantiq; nutriculæ, & alijs quoque iam principibus similia acci-  
diffe

disse memoranti, se uero preter ceteros inaudita, & incognita pati respondit, qui suum imperium uiuus amitteret. Nec eò secius quicquam ex consuetudine luxus atq; desiliere omisit, uel imminuit. Quinimo, cū prospeli quiddam ex prouincijs nunciatum esset, super abundatissimam coenam iocularia in defensionis duces carmina, lasciuēq; modulata, quæ uulgō innoterunt, etiam gesticulatus est: ac spectaculis theatris clam illatus, cuidam scenico placenti nuntium misit, abuti eum occupationibus suis.

Malum eius propositum, Consilium priuatio, & consulatus assumptio. CAP. XLIII.

**I**NITIO statim tumultus, multa et immania, uerum non abhorreitia à sua natura creditur destinasse: successores, percussoresq; submittere exercitus, & prouincias regentibus quasi conspiratis, idemq; & uiui sentientibus, quicquid ubiq; exulum, quicquid in urbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscientibus aggregarentur: hos, ut consciens popularium suorum, atq; fautores. Gallias exercitiis diripiendas permittere, Senatum uniuersum ueneno per coniuia necare, urbem incendere, feris in populum immisis, quo difficilius defendetur. Sed absterritus, non tam poenitentia, quam perficiēdi desperatione, credensq; expeditionem necessariam, COSS. ante tempus priuauit honore: atq; inutriusq; locum

locum solus iniij consulatum, quasi fatale esset non posse Gallias debellari, nisi à COSS. ac susceptis scibis. Cum post epulas triclinio digrederetur, innixus humeris familiarium, affirmauit, simulac primum prouinciam attigisset, in mem se in conspectum exercitum proditum, nec quicquam aliud, quam fletum. Reuocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, se quā aliud, quæ iam nunc sibi componi oporteret.

*Epinicia. Epinicia sunt laudes & præmia pro victoria, hostibusq; uictis.*

Apparatus expeditionis in Gallos.

CAP. XLIII.

**I**N præparanda expeditione primam curam habuit diligendi uehicula, portandis scenicis organis: concubinaq; quas secum educeret, tondendi ad virilem modum, et securibus, peltisq; Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citavit, ac nullo idonco respondentे, certum dominis servorum numerum indixit: nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquisiliros priuatarum ædium atq; insularian, pensionem annuam representare fisco. Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum fostratum, aurum obryzum, ut pleriq; omnem collationem.

380 C. SVETONII TRANQ.  
tionē palām recusarent consensu flagitantes à delā  
toribus potius reuocāda prēmia quēcunq; cepissent;

Inquilinos.) Id est, inhabitantes.

Nūnum asperum, pustulatum argentū.) Asper  
num dicitur, qui signatus est. Pustulatum, est ar-  
gentum optimē purgatum, excoctumq; ita ut pustu-  
læ appareant in eo.

Aurū obryzum.) Id est, purissimi purgatissimūq;

Probra in eum scripta. CAP. XLV.

sal. lucrā  
ciūm.

**E**X annoe quoq; caritate t̄ luctantium accre-  
tuit inuidia. Nam & fortè accidit, ut in publica  
fame Alexandrina nauis nunciaretur puluerem lucta-  
toribus aulicis aduexisse. Quare omnium in se odio  
cōcitato, nihil contumeliarū defuit, quin subiret. Sta-  
tuē eius à ūrtice currus appositus est cum inscri-  
ptione Græca. Nunc demum agona esse, & traheret  
tandem. Alterius collo & ascopera deligata, simulq;  
titulus, Ego quid potui? sed tu culeū meruisti. Ascri-  
ptum & columnis, iam gallos eum cantando excita-  
se. iam noctibus iurgia cum seruis pleriq; simulātes,  
crebro Vindicem poscebant.

Ascopera, & conūpēa est Græcis peræ quædam spe-  
cies.

Portentis somniorum territus. CAP. XLVI.

**T**errebat ad hæc eidētibus portētis somnio-  
rum, & auspiciorum, & omnium tum ueteri-  
bus, tum nouis, nunquam ante a somminare solitus. Oc-  
cisa demum matre, uidit per quietem nauem sibi re-  
genti

genti extortum gubernaculum, trahiq; se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras. Et modò pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulachris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri, arceriis progressu. Asturconem, quo maximè letabatur, posteriore corporis parte in simile specie transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine eum ciens. Calend. Ianuarij exornati Lares in ipso sacrificijs apparatu conciderunt. Auspicanti Sporus anulum muneri obtulit, cuius gemme sculptura erat Proserpinæ raptus. Votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia uix reperte Capitolij claves. Cum ex oratione eius, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in Senatu, datus pennis sceleratos, ac breui dignum exitum facturos, conclamatum est, ab uniuersis: Tu facies Auguste. Observatum etiam fuerat nouissimam fabulam cantasse eum publicè Oedipodē exulē, atq; in hoc decidisse uersū,

Θερηπ μάνωγε στίχωμα Οὐ, μητέρ, πατέρ.

Δανεηπ μάνωγι. ) Mori me iubet coniunx, mater, pater.

Deseritur ab omnibus. CAP. XLVII.

**N**untiata etiam interim cæterorū exercituum defectioe, literas prædēti sibi redditas cōcer-

pfit,

psit, mensam subuertit, duos scyphos gratissimi usus, quos Homericos à cælatura carminum Homeri vocabat, solo illisit, ac sumpto à Locusta ueneno, et in au-ream pyxidem condito, transiit in hortos Seruilianos. Vbi præmisiis libertorum fidissimis Hostiam, ad classem præparandam, Tribunos, centurionesq; Pra-torij de fugæ societate tētauit. Sed partim tergiuerantibus, partim aperte detractantibus, uno uero etiam proclamante:

Vsque adeo ne mori miserum est? uaria agitauit, Parthosne an Galbam suppplex pete-ret, an atratus prodiret in publicum, prōq; rostris quanta posset maxima miseratione ueniam præteritorum precaretur. Ac ni flexisset animos, uel Aegypti præfecturam concedi sibi oraret. Inuentus est posteā in scrinio eius hac de re sermo formatus. Sed de-territum putant, ne prius, quam in forum perueniret, disperperetur. Sic cogitatione in posterum diē dila-ta, ad median ferè noctem excitatus, ut comperit sta-tionē militum recebisse, profiluit è lecto, misitq; cir-cum amicos. Et quia nihil à quoquam renunciaba-tur, ipse cum paucis hospitia singulorū adiit. Verūm clausis omnium foribus, respondentē nullo, in cubicu-lum rediit, unde iam & custodes diffugerant, direc-tis etiam stragulis, amota & pyxide ueneni. Ac sta-tim † Spicillum Mirmillonem, uel quemlibet aliū per-cussorem,

+ Al. Spe  
stillum,

tussorem, cuius manu periret, requisuit. Et nemine  
reperito: ergo ego, inquit, nec amicū habeo, nec inimi-  
cū, procurritq; quasi præcipitatus se in Tiberim.

Fuga eius ab urbe. CAP. XLVIII.

**S**ed reuocato rursus impetu, aliquid secretioris  
latebrae ad collendum animum desiderauit: et  
offerente Phaonte liberto suburbanū suum inter Sa-  
lariam & Numentanam viam circa quartū milliarie-  
um, ut erat nudo pede, atq; tunicatus, penulam ob-  
soleti coloris superinduit, ad opertoq; capite, et ante  
faciem obtuso sudario, equum inscendit, quatuor so-  
lis comitantibus, inter quos & Sporus erat. Statimq;  
tremore terræ & fulgere aduerso pauefactus, au-  
diuit ex proximis castris clamore militum, & sibi ad-  
uersa, & Galbae prospéra ominus tium: e: iam ex ob-  
uiis uiatoribus quendam dicentem, hi Neronem per-  
sequuntur: alium sciscitatem, ecquid in urbe noui de  
Nerone. Equo autem odore abiecti in via cadaveris  
confernato, detestata facie agnitus est à quodā Missio  
prætoriano, & salutatus. Ut ad diuerticulum uen-  
tum est, dimissis equis inter fruticet a cœ uespres, per  
arundineti semitam ægrè, nec nisi strata sub pedibus  
ueste, ad aduersum uulce parietem euasit. Ibi hortate \* Al. con-  
codem Phaonte, ut interim in specum egestæ arenæ† deretur.  
concedere, negauit se uiuum sub terra ituru: ac pta  
rumpere commoratus, dum clandestinus ad uillam in-

troitus pararetur, aquam ex subiecta lacuna potatus  
rus manu hanc sit: Et haec est, inquit, Neronis decocta.  
Deinde diuisa sentibus penula, traiectos surculos  
rasit: atq; ita quadrupes per angustias effossa cauer-  
næ receptus, in proximâ cellam decubuit super lectu-

\* Ali. mo. T modicella calcitra, ueteri pallio strato instructum.  
dica. Fameq; & iterum siti interpellante, panem quidem  
sordidum oblatum aspernatus est, aquæ autē tepida  
aliquantulum babit.

Mors eius, & gesta in ea. CAP. XLIX.

**T**unc unoquoq; hinc inde instante, ut quam prisa-  
mum se impendentibus contumelijs eriperet,  
scrobum coram fieri imperauit, dimensus ad corporis  
sui modulu, componiq; simul si qua inuenirentur fru-  
sta marmoris, & aquam simul ac ligna conferri cu-  
rando mox cadaueri, flens ad singula, atq; identidem  
dictitans: Qualis artifex pereo. Inter moras perla-  
tos à cursore Phaontis codicillos præripuit, legisq;  
se hostem à Senatu iudicatum, & queri, ut puniatur  
more maiorum. Interrogavitq; quale esset id genus  
pœnae. Et cum compreserit nudi hominis ceruicē in-  
seri furcæ, corpus uirgis ad necem cædi, conterritus  
duos pugiones, quos secū contulerat, arripuit, tenta-  
taq; utriusq; acie, rursus condidit, causatus nondum  
adesse fatalem horā. Ac modò Sporum hortabatur,  
ut lamentari, ac plangere inciperet; modò orabat, ut

se

se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuuaret: interdum segnitie suam his uerbis increpabat: Viuo deformiter ac turpiter, οὐ πέπτε νέσον, οὐ πρέπει.  
τύφει μέτωποι τοῖς τοιούτοις, ἄγε ἔγειρε σεαυτόν.  
Iamque equites appropinquarebant, quibus præceptum  
erat, ut uiuum eum attraherent. Quod ut sensit, tre-  
pidanter effatus:

Ιππωνώκυπόσωμά μηδεμφί καὶ πόλεις οὐαλα βάσις.  
Ferrū iugulo adegit iuuante Epaphrodito à libellis.  
Semianimisq; adhuc irrumperi Ceturioni, et penula  
ad uulnus apposita, in auxiliū se uenisse simulanti, non  
aliud respondit, q; Serò, & Hæc est fides. Atq; in ea  
uoce defecit, extantibus, rigidibusq; oculis usq; ad  
horrorē formidinemq; uisentium. Nihil prius, ac ma-  
gis à comitibus exegerat, q; ne potestas cuiquā capi-  
tis sui fieret, sed ut quoquo modo totus cremaretur. \* Ali. per-  
† Promisit hoc Seius Galba libertus non multo ante misitq;  
uinculis exolutus, in qua primo tumultu conicctus  
fuerat.

οὐ πρέπει Νέσον. Id est Non, decorū Neroni, non est  
decorū: uigilare oportet in talib. age excita teipsum.  
Ιππωνώκυπόσωμά Id est, Equorum uelocium circū aures stre-  
pitus sonat.

## Funus eius. CAP. L.

**F**uneratus est impensa ducetorum millium, strac-  
gulis albis auro intextis, quibus usus Cal. Ianua-  
ri fuerat. Reliquias Aegloge, & Alexandria nutri-

386 C. SVETONII TRANQ.

ces cum Aste concubina gentili Domitiorum monumen-  
to condiderunt, quod prospicitur e campo Mar-  
**A. collo** tio impositum t' colle hortorum. In eo monumento so-  
lium Porphyretici marmoris superstanti Lunensi atra  
circumscriptum est lapide Thasio.

Prophyretici marmoris. ἡ πορφύρης ἐστὶ λαὸς, qui  
nascitur in Aegypto candētibus maculis, alias tu-  
bet, hinc Porphyreticus adiectiuūm deducitur.

Statura, & cultus corporis eius. CAP. LI.

**S**tatura fuit penè iusta, corpore masculo, et fo-  
do, sufflauo capillo, vultu pulchro magis quā ue-  
nusto, oculis cœsijs & hebetioribus, ceruice obesa, uē-  
tre projecto, gracillimis cruribus, ualitudine prospe-  
ra. Nā qui luxuria immoderatissima esset, ter omni-  
no per XXXI L annos languit, atq; ita, ut neq; uino,  
neque consuetudine reliqua abstineret. Circa cultum  
habitumq; adeò pudendus, ut comam semper in gra-  
dus formatam, peregrinatione Achaea etiam ponē-  
verticem summiserit: ac plerumq; synthesim induitus,  
ligato circum collum sudario prodierit in publicum  
sine cinctu, & discalciatus.

Studium eius artium liberalium. CAP. LII.

**L**iberales disciplinas omnes ferè puer attigit.  
Sed à philosophia eum mater auertit, monens  
imperaturo contrariam esse: à cognitione veterum  
oratorum Seneca præceptor, quod diutius in admirā-  
tione sui detineret, Itaq; ad poetica pronus carmina  
libenter,

libenter, ac sine labore composuit: nec (ut quidam pugnant) aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares, libelli; cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non translatos, aut dictante aliquo exceptos, sed planè quasi à cogitante, atq; generante exaratos, ita multa. Q' deleta, & inducta & superscripta inerant.

Studium eius pingendi ac fingenendi. CAP. LIII.

**H**abuit et pingendi pingendiq; maximè nō mediocre studiū. Maxima autē popularitate effrebat, omnīū emulūs, q' quoquo modo animū ualigimoueret. Exiit post scenicas coronas opinio. proximo lustro descensurū eum ad t. Olympia inter athletas. Nā luctabatur aſiduè; nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, q' Brabeutarū more in stadio humi aſidēs, ac si qua paria longius recessissent, in mediū manibus suis protrahēs. Destinauerat etiā, qui Apollinē cantu, ſolē aurigando & equiparare estimaretur, imitari et Herculis facta. Præparatumq; leonē aiunt, quē uel claua, uel brachiorum nexibus in amphitheatri arena ſpectate populo nudus elideret.

Brabeutarum more.) Brabeutri sunt arbitri iudicēs in ſpectaculis quorum iudicio & ſententia coronæ & præmia dantur.

Votum eius ſi uinceret. CAP. LIII.

**S**ub exitu quidem uitæ palam uouerat, ſi ſibi in columis ſtatus permansiffet, proditurū ſe parte

victoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, et utri-  
cularium, ac nouissimo die histriōnē saltaturū Ver-  
gilij Turnum: & sunt, qui tradant Paridem histrio-  
num occisum ab eo, quasi grauem aduersarium.

Fame, & eternitatis cupidus. CAP. LV.

**E**RAT ILLI ETERNITATIS PERPETUÆ, famæ cupido,  
sed inconsulta. Ideoq; multis rebus ac locis ue-  
tere appellatione detracta, nouam induxit ex suo no-  
mine. Mensem quoq; Aprilē Neroneū appellauit.  
Destinauerat & Roman Neropolim nuncupare.

Religionum contemptor. CAP. LVI.

**R**eligionum usq; quicq; contemptor, pr.eter ua-  
nius deæ Syriae. Hac mox ita spreuit, ut urina  
contaminaret, alia superstitione captus, in qua sola  
Allima-  
giculam  
uel icun-  
culam. pertinacissimè h. est. Siquidem \* acunculan puella-  
rem, cum quasi remedium insidiarum à plebeio quo-  
dam, & ignoto muneri accepisset, detecta confessim  
Trinis, cōiuratione pro sommo numine trinisp; in die sacri-  
uel ternis, ficijs colere perseueravit, uolebatq; credimoniōne  
eius futura prānoscere. Ante paucos quām periret  
menses, attendit & extispicio, nec unquam litauit.

Extispicio. Extispitiū uel haruspiciū est ex-  
torum iuditium & inspectio.

Aetas, & post obitum eius gesta. CA. LVII.

**O**biit XXX. & secundo etatis anno, die quo  
quondam Octauiam interemerat. Tantumq;  
gaudium publicè præbuit, ut plebs pileata tota urbe  
discur-

discurreret. Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus uernis aestiuisq; floribus tumulun eius ornarent, ac modò imagines pretextatas in rostris proferrent, ac modò edicta quasi uiuetis, et brevi magnis inimicorum malo reuersuri. Quinetiam Vologesus Parthorum rex missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post XXX annos adolescente me extitisset conditionis incerta, qui se Neronem esse iactaret, tam fauorable nomen eius apud Parthos fuit, ut uhementer adiutus, et uix redditus sit.

## C<sup>o</sup> SVETONII TRAN-

QVILLI

Sergius Galba.

De progenie Cæsarum, que in Nerone defecit, et prodigijs hoc p̄ecedentibus.

C A P. I.



Rogenies Cæsarum in Nerone defecit: quod futurum compluribus quidem signis, sed euidentissimis duobus apparuit. Liui olim post Augusti statim nuptias Veientanū suum reuiseniti, præteruolans aquila gallinā albam ramum lauri ro-

Bb 4 fire